



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis
Aquinatis**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.

Jn fes. s[an]cti siluestri. [de] eo. Ser. xxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

De sancto siluestro.

parulorum innocentum. Vidisses ma-
tres in qualibet domo sparsis crinibus
propter tam horrendum flagitium singul-
tibus lachrymis et ululatibus acclaman-
tes. O quanta compassio animi audiens
tuum mouere debet in spectaculum adeo
funestum et lugubre etc.

¶ Quia innocentes merito passionis christi
sunt remunerati. **Capitulum. ij.**

¶ Etiam mysterium contemplandum
dicitur occisorum remuneratio.
De primo autem istorum sanctorum:
apud nonnullos extiterit varie
sententie quas omnes ad tres senten-
tias reducemus.

Prima de sententia falsa.

Secunda de sententia debilis.

Tertia de sententia vera.

¶ Prima sententia falsa est eorum qui di-
cunt paruulos hos occisos nihil meru-
isse: eo quod in eis nondum erat expeditus
rationis usus: nec voluntarie pro christo
pariebant. Contra quos est autori-
tas ecclesie inuersalis: quod hos colit pro
sanctis: et in sanctorum numero cofitetur.
Unde Augustinus in sermone innocen-
tum. Hodie fratres charissimi natales
illorum infantium colimus: quos ab He-
rode crudelissimo rege interfectos esse
euangelij textus eloquitur. Et ideo cum sum-
ma exultatione gaudeat terra nostra
celestium militum et tantarum parum fecerit
da virtutum. Ecce prophetam hostis nunquam
beatis paruulis tantum prodesse potuisset
obsequio: quantum profuit odio. Nam
sicut presentis diei festa manifestant qua-
tum contra beatos paruulos iniquitas
abundauit: tantum in eis gratia diuine be-
nedictionis effulsit. Nec Augustinus
qui in hoc etiam sermone multa profertur
de gloria istorum sanctorum. Ideo istorum
rum falsa est opinio. ¶ Secunda senten-
tia est debilis. Nam ut inquit Theodosius.
ij. q. cxxij. ar. f. ad. f. ar. fuerunt quidam
qui dixerunt quod in innocentibus accele-
ratus est usus miraculose liberi arbitrii
ita quod voluntarie etiam passi sunt. Quod
dictum nullibi reperit authenticum: ideo

vbilibet tam debile acceptatur: quia
ut inquit Hieronymus ad Paulinum
Quod de scripturis autoritate non habet
eadem facilitate contemnitur qua pro-
batur. ¶ Tertia sententia est vera. De
qua loquitur sanctus Theodosius. vbi. s. quod
martyrii gloria quam in alijs propria vo-
luntas meretur illi paruuli occisi dei
gratia sunt assecuti. Nam effusio sangui-
nis propter christum vicem gerit baptismi.
Unde sicut in pueris baptizatis per
gratia baptismalem meritum christi opera-
tur ad gloriam: sic in istis operatum est
ad palmam martyrii obtinendam. Et hoc
est quod dicit Augustinus in quodam
sermone de epiphania quasi alloquens
ad innocentes sic inquit: Ille de ves-
tra corona dubitabit in passione pro
christo: qui etiam paruulis baptismum pro-
desse non estimat christi. Non habebatis
etate in qua impassurum christum cre-
deretis: sed habebatis carnem in qua pro
christo passuro passionem sustineretis.
Nec ille. Cum itaque viderimus hos paru-
ulos felicissimos celicolas esse factos
qui propter christum passi sunt: eos venes-
remur: ut etiam pro domino iesu christo simul
cum eis pati non timeamus qui profes-
sio laborantes exaltat in fine: et beatos
facit in glorioso regno celorum: in quo vi-
uit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De sancto Siluestro: de dignitate sa-
cerdotali. **Sermo. xxvii.**

¶ Iesus sacerdotes approbans. **Fructus.**

xxvii.

Ecce facer-
dos magnus qui in die-
bus suis placuit deo
Ecclesi. xliij. Verba
hec sumit ecclesia in
comendatione beati
Siluestri confessoris

in hodierna epistola recitata. Qui nun-
quam in effabili sapientia multiplici va-
rietate rerum creauit: ipse ecclesie sue
sancte status diuersos mire disposuit:
in quibus contempleri possumus cadore sa-

pietie sue: et p̄ficere ad salutē: cū ad illos vocati iuste ac sc̄te operari conamur. Est t̄m̄ inter ecclesiasticos gradus laude dignus et vere cōmendāndus sacerdotalis ordo: q̄ vsq̄ ad p̄rificālē p̄t̄ ascēdere celsitudinē. In qua q̄ noimā debitā obseruare studet: deo placet: et gratus efficit. Fecit hoc mō br̄ns Siluester: q̄ a iesu xpo in sancto contubernio est gloriose deputatus. Ad cuius cōmēdationē in presenti sermone de ipso loqui volētes fructū nostrū pponim⁹ cōsuetum: qui est Iesus sacerdotes approbans. Ubi tria pulchra notari possunt de beato Siluestro a xpo p̄bato que quidē hec sunt: videlicet.

Prīmū d̄: sacerdotalis dignitas.

Secūdo d̄: sacerdotalis sublimitas.

Tertiū d̄: sacerdotalis sanctitas.

¶ Quod sacerdotalis dignitas excellentior est quacūq̄ tpali dignitate. Cap. i.

Prīmū p̄uilegiū d̄: sacerdotalis dignitas: q̄ de ipso d̄: Ecce sacerdos. Est em̄ sacerdotalis dignitas excellentior: quacūq̄ dignitate temporalī. Quod probare possumus tripliciter.

Primo ratione.

Secūdo auctoritate

Tertio exemplo.

¶ Primo p̄bare possum⁹ rōne excellentiā sacerdotalis dignitatis. Que triplex potest esse: videlicet.

Prima d̄: significationis.

Secūda d̄: institutionis.

Tertia d̄: conditionis.

¶ Prima rō dicit significationis. Nam sacerdos s̄m̄ Ihd̄oz. vii. etymologia: rum idē est qd̄ sacer dur: vel sacra dās. Rō aut̄ istius duplicis interpretationis s̄m̄ Tho. i. iij. di. xiiij. q. i. ar. iij. q. iij. est: q̄ per ministeriū sacerdotale sacerdos est medi⁹ inter deū et populū. Nā ipse diuina nūciat et ministrat populo: et vota populi offert deo. Dicit et̄ia sacerdos: quasi sacra dās. Sacra autē q̄ dare p̄t̄ duob⁹ modis: vel auxiliādo: vel sacramēta dispēnsando. Prīmo

mō q̄libz iust⁹ iquātū sacra sua meritis dat v̄l cōmunicat alijs auxiliādo itē p̄tat sacerdos. Secūdo mō nomē sacerdotis ē institutū ad significādū eū q̄ sacra dat. i. sacramētoz dispēnsationē. Et sic ille q̄ est i gradu ordinis cōstitut⁹ d̄: sacerdos. ¶ Secūda rō d̄: institutionis. Nam sacerdotiū p̄cessit legē scriptā: q̄ in testamentō veteri p̄m̄ sacerdos q̄ iubente d̄no victimas obrulit fuit Melchisedech: sicut p̄tz Gen. xiiij. c. Demū p̄ sacerdotiū iubēte d̄no regalīs potestas est ordīata. Uñ. s. Reg. viij. c. dixit d̄ns ad Samuelem sacerdotē: Audi vocē eorū. i. filioz israel petētū h̄re superiorē et cōstitues sup̄ eos regem. Inde est q̄ sp̄ialis auctoritas eternā p̄t̄ez h̄z instituire et iudicare si bona non sit. Qd̄ probat per aplm̄ Paulū. di. s. Rom. vii. ca. Nescitis qm̄ angelos iudicabimus quāto magis secularia: Qd̄ et̄ia notat c. per venerabiles. et qui si. sint legi. et xi. q. iij. c. nemo. et in. c. alioz. ¶ Tertia ratio d̄: cōditionis. Est em̄ sacerdotalis dignitas sp̄ialis. Et idē quāto sp̄s nobilior est corpore: tāto sacerdotalis dignitas est nobilior: quacūq̄ dignitate tpali: sicut p̄tz et̄ de translatione ep̄i et electi in. c. inter corporalia. Et hoc est qd̄ notat. xvj. di. c. Duo sunt q̄ppe. vbi sic habet: Aurū nō tā preciosū sit plumbo: q̄ regia potestate altio: sit sacerdotalis ordo: et eadē dist. in. c. quis dubitet. sic dicit: Quis dubitet sacerdotēs xpi regū et principū oīm̄q̄ fidelium patres et magistros censi. ¶ Secundo possumus probare excellentiam dignitatis sacerdotalis auctoritate. Nā Petrus. ij. sue p̄ime ep̄istole: sacerdotibus ait: Vos estis gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gēs sc̄ra ppl̄s acq̄sitiōis. et Eccli. vii. c. d̄: Honora deū: et honorifica sacerdotes. Et esai. liij. c. scribit sic de sacerdotibus: Vos autē sacerdotes d̄ni vocabimini m̄stri d̄i n̄ri dices vob. Et xj. q. iij. c. abst. Antheri⁹ papa ait. Abstinet q̄cūq̄ sinistrū de his arbitremur: q̄ apostolico gradu succedētes xpi corp⁹

De sancto fluestro.

facro ore cōficiunt: per quos nos chri-
stiani sumus: qui clauēs regni celoꝝ
habentes ante iudiciū diē iudicāt. In
veteri quidē lege habetur: Quicūq; sa-
cerdotibus non obrēperasset: aut ex-
tra castra positus lapidabatur a populo
aut gladio ceruice subiecta cōtemp-
tū eripabat cruore. Et Hiero. ad rusticū
monachū sic de sacerdotibus scribit:
Non est hūilitatis mee: neq; mensure
iudicare de ceteris: neq; de ministris
ecclesiarū sinistrum quippiam dicere.
Et. vi. q. i. c. sacerdotes. Telesphorus
papa ait: Sacerdotes q̄ pp̄uo ore cor-
pus dñi cōficiūt: ab oībus sunt obedi-
endi et timendi: non dilacerandi: aut
detrahēdi. Et. xij. q. ij. c. Sacerdotib;.
Gregorius Mauricio imperatori sic
scribit: Sacerdotib; nō ex terrena po-
testate dñs rex noster citius indignet:
sed excellenti cōsideratione p̄pter euz
cuius sunt serui ita eis dñetur vt etiā
debitam reuerētiā impendat. Nā in
diuini eloquijs sacerdotes aliqui dij:
aliqui angeli nuncupant. Nā ad Moy-
sen de eo qui ad iuramētū deducēdus
est dicit: Applica istū ad deos videlz
ad sacerdotes. Et rursus scriptum est.
Dñs nō detrahēs: scilicet sacerdotibus
Et p̄pheta ait: Labia sacerdotis custo-
diunt scientiā. i. iusticiā et legem requi-
runt ex ore eius: q; angelus domini ex-
ercitū est. Quid igit mirum si pietas
vestra dignetur eos honorare: quib;
in suo eloquio honorem tribuens eos
aut angelos aut deos etiā ipse appel-
lat deus. hec ille. Tertio possumus
probare excellētiā sacerdotalis digni-
tatis exemplo. Legimus nāq; multos
xp̄ianissimos imperatores fuisse nō de-
dignatos subicere se sacerdotib;. In
quozū numero fuit ille piissimus The-
odosius: de quo scribitur in historia
tripartita. Dic aut cum audisset apud
thessalonica ciuitatē q̄sdā iudices fu-
isse lapidatos: indignat; oēs pariter
iussit iterum. vbi. viij. milia sunt occisi
nullo precedente iudicio. Cū rō Albe-

diolanū venisset: et solenniter in sacru
voluisset intrare templum: occurrit ei
Ambrosius eps foris ad ianuas: et sic
ingrediētem his sermonib; a sacris li-
minib; p̄hibuit incessus. Nescis miser
imperator p̄petrate a te necis quanta
sit magnitudo: Neq; post cām tāti fu-
roris mēs tua molem presumptionis
agnoscat. S; forte recognitionē pcti
prohibet potestas imperij: Decet tñ vt
vincat rō potestātē. Quibus igit ocu-
lis aspicias cōis dñi rēplū: Quib; cal-
cabis pedib; sanctū illi; pavimentū?
Quo man; extēdes de qb; adhuc san-
guis stillat innoxio? Recede recede ne
scdo pctō priorē nequiciā augere cōrē-
das. Audiens hos sermones impera-
tor: gemēs et flēs ad regalia remeauit.
Cūq; octo mēses transissent: p̄pinq̄
uit natiuitatis domini festiuitas. Im-
perator aut satis angustiabat. Quē vi-
des Rufinus tūc magister militū et im-
peratoris familiarissim;: cām sue tristi-
cie quesiuit. Qua cognita Rufinus ad
Ambrosium perrexit. Quē cū Ambrosi-
us vidisset: mox ait. Impudētis cantū
imitatus es o Rufine. Ego dico tibi
qm̄ imperatorē ingredi lumina sacra
prohibebo. Quē mox Rufin; impera-
tori rettulit. At imperator. in media iā
platea pergo inq̄t et iustas in facie su-
scipiā cōturbelias. Et veniens ad anti-
stītē supplicabat vt vincula eius solue-
ret. Cui Ambrosius. Quā penitētiā
ostēdisti post tantas iniquitates? Cui
Theodosius. Tuus est docere: meus au-
tem est suscipere. Cui Ambrosius inuā-
xit vt legem conderet: ne quis sententi-
am mortis posset dare animo irato: s;
trāsacto dierū numero. xxx. Quod et fe-
cit sicq; lachrymosus et dolēs cū hūmi-
litate ad ecclesiā est introductus: ser-
uās in omnib; reuerētiā antistiti Am-
brosio. Quid de cōstantino imperatore
dicemus: q̄ post susceptū baptisma sa-
cerdotes honorare studuit: Nā de ip̄o
scribit. xviij. di. c. in scripturis. In scri-
ptur; narrat Cōstātin; imperator dixisse

Uere si proprijs oculis vidissem sacerdotem dei: aut aliquē eorum qui monastico habitu circumcincti sunt peccantē: blasphemē meā explicare & cooperire eū: ne ab aliquo videret. Et. xi. q. i. in. c. sacerdotibus. sic habet: Ecclesiastica quoque testatur historia: quod cō pie memorie Constantino principi scripto oblate accusationes contra episcopos fuissent libellos quod de accusationis accepit: et eosdē qui accusati fuerant episcopos conuocans in eorum conspectu libellos quos acceperat insensit: dicens: Ite & inter vos causas vestras disponite: quod dignum non est: ut nos iudicemus deos. In qua sententia sibi magis ex humilitate quam illis aliqd prestat: et reuerentia impensa. Antequam quippe pagani in republica principes fuerunt: qui verū deū nescientes deos ligneos & lapideos colebant: et tū eorū sacerdotibus magnū honorē tribuebant. hec ibi. Et ne multa dicam: efficacissimū est exemplū xp̄i: de quo Cypranus carthaginensis. xxiij. di. c. dñs. ait sic: Dñs noster iesus xps̄ rexit iudex vsq; ad passionis horam seruauit honorē pontificibus & sacerdotibus. Nam cū leprosum mundasser: dixit ei Mar. viij. Uade ostende te sacerdotibus: sacerdotem adhuc appellās quē sciebat esse sacrilegū. Itē cui subditus passio nī alapam accepisset & ei diceretur: sic respondes pontifici: nihil contumeliose locutus est in personam pontificis. Et quibus omnibus clare deprehenditur pamphissimā eē sacerdotale dignitate. Cui non debet xp̄iani esse infestus. qñi vt di. iij. q. i. c. Nulli. Dñm crucifigunt qui eā in suis sacerdotibus perfingunt. Sic faciebant antiq; tyrianni & inimici chasti: quos tñ diuina manus impunes non permittit abire.

¶ De sacerdotali sublimitate: cuius triplex est gradus. Capitulum. ij.

Secundū privilegiū beati filij uestri dī sacerdotalis sublimitas: quia ipse non tñ fuit sacerdos: sed etiam magnus.

Nam mortuo Melchide ep̄o vrbis rome: Siluester ab omni plebe in summū pontificem est electus. Vbi sciendū est quod in nouo testamēto xp̄us instituit triplicem gradū sacerdotum.

Primus est inferiorum.

Secundus est episcoporum.

Tertius est pontificum maximorū.

¶ Primus gradus sacerdotum constituitur a xp̄o est gradus sacerdotū inferiorum. Nam habuit dñs septuaginta duos discipulos: quibus succedūt presbyteri: qui sunt minores in auxiliū operis vt notat. xij. di. Oli. ¶ Secundus gradus est ep̄orum qui sacerdotes maiores respectu aliorū inferiorū dici possunt. Hi los cū duodecim ap̄loz tenent in ecclesia. sicut pr̄. lxxij. di. in. c. quorū vices. & xi. q. i. in. c. videntes. ¶ Tertius gradus est pontificū maximorū. Nam dominus super alios elegit Petrū in summū sacerdotē. Sicut notat. di. xix. in. c. Ita dñs noster. Et. xij. di. in. c. In nouo testamēto. Et habet in eadē di. c. Cleros. Vbi etiā dicitur quod talis gradus seruatus est in veteri lege: vbi Aaron summus sacerdos fuisse tradit et filij eius sacerdotes minores fuerunt. Talis etiam discretio a gentilibus marie introducta est: quod suos sacerdotes flamines a filo quod portabant in capite: alios simpliciter flamines: alios archi flamines appellabant. Quante autem preeminente sit maximus pontificatus gradus ostendit Agathon papa. xix. di. in. c. Sic oēs. vbi sic dicit: Sic oēs apostolice sedis sanctiones accipiēdi sunt tanquā ipsius diuina voce petri formate. Quisquis enim catholice ad papalem celsitudinē sublimatur: ipse est Petri successor: ipse vicarius xp̄i: ipse est cui totus mundus deuote est subiectus. Et licet sit magna potestas imperialis: longe tñ nobilior est facultas pontificalis. Et ideo scribit eē de maiestate & obedientia. in. c. solite. §. preterea. Fecit deus duo magna luminaria in firmamento celi: luminare maius vt precesset

De sancto siluestro. Sermo XXVII

diei: et luminare minus ut pisset nocti:
Atraque magna: sed alteri maior. Ad
 firmamentum igitur celi: hoc est vniuersa
 lisa ecclesie: fecit deus duo magna lumi-
 naria. id est duas instituit dignitates: que
 sunt pontificalis dignitas alia auctori-
 tas et regalis potestas. Sed illa que pset
 diebus. id est spiritualibus maior est: que in carna-
 libus minor. ut quanta est inter solem et
 lunam: tanta esse inter pontifices et reges
 differentia cognoscatur. hec tibi. **M**ul-
 ta adduci possent ad probandum ea que di-
 cimus: que causa breuitatis omittimus
 concludentes summam pontificem excellere
 re dignitate ac auctoritate quoscumque
 siue in temporalibus siue in spiritualibus ex-
 altatos et honoratos.

**De sacerdotali scititate: et quod pontifex
 agere debeat ut placeat deo. Cap. iij.**

Erit privilegium beati silue-
 stri dei sacerdotalis sanctitas:
 que in diebus suis placuit deo.

Tota enim vita sanctorum est dies.
 vñ. f. **Thessal. v.** aplos ait: **O**mnis vos filij
 lucis estis. **T**ria namque dum esset ponti-
 fex ut placeret deo exercere voluit bea-
 tus siluester.

Primo pascere populum exemplo.

Secundo pascere populum verbo.

Tertio pascere populum spirituali subsidio.

Primo voluit pascere populum exem-
 plo. Nam adeo fide et moribus resplende-
 bat: et non solum a christianis: verum etiam
 a paganis miro diligere affectu. **Q**uando
 pascere voluit populum verbo: quod
 sepius vultu angelico christi filium dei pre-
 dicebat: christianosque confortabat: ut in
 fide stabiles permanerent. et constantium
 de fide sacramentis plene doceret et in-
 struxit. **E**t enim dicitur in eius legenda:
 persequente ipso Constantino christianos
 exiit siluester de urbe: ac in quodam
 monte cum suis clericis mansit. **L**um vero
 Constantinus in mirabilem lepra incidisset:
 ad consilium pontificum idolorum ad-
 ducta erant tria milia puerorum: ut eos
 occidi faceret: et se in eorum sanguine res-
 ciceret et calido balnearet. **E**grediente autem

es ad locum ubi balneum preparari debe-
 bar: matres puerorum obuauerunt ei: mi-
 serabiliterque ululabant. **C**onstantinus
 ergo iussit stare currum: et erigens se di-
 xit: **A**udite me omnes qui hic statis.
Dignitas imperij romani de fonte nas-
 citur pietatis: que hanc etiam legem de-
 dit: ut capitali sententie subderet quis-
 cumque in bello aliquem occidisset infan-
 tem. **Q**uanta ergo erit crudelitas ut hoc
 nostris faciamus filij: quod nos prohibui-
 mus alienis? **M**elius est ergo mori salu-
 ua vita innocenti: quam per eorum interitum
 vitam recuperare crudeliter. **I**ussit ergo ut
 matribus suis pueri et dona plurima
 preberent. **S**equenti vero nocte **P**etrus
 Paulus apparuerunt ei dicentes: **Q**uoniam
 exhoruisti sanguinis effusione: misit
 nos dominus iesus christus dare tibi recuperas-
 de sanitatis consilium. **S**iluestrum ergo
 episcopum qui apud montem stratum la-
 titat accersi. **H**ic tibi piscinam ostendet:
 in qua immersus eris ab omni curaberis
 lepre morbo. **E**uigilans statim **C**onstan-
 tinus misit milites ad siluestrum: quos
 videns ad palmam martyrij credidit sevo-
 cari. **P**resentat tandem **C**onstantinus:
 audiuit per ordinem sui somnij visionem.
Percunctanti autem Constantino que essent
 qui sibi apparuerant duo dii. respondit
 siluester eos esse christi apostolos: et non
 deos. **Q**uorum imagines asserui fecit **S**il-
 uester: et imperator tales esse qui sibi ap-
 paruerant exclamauit. **S**iluester autem
 eum cathecuminum fecit: et vniuersam hebdoma-
 de ieiunium indixit sibi: et carceres aperiri
 monuit. **L**ucum in aqua descendisset ba-
 ptismatis: ibi admirabilis splendor emi-
 cur: sicque mundus exiit. et christum vidisse
 se asseruit. **I**psa autem die sui baptismatis
 multas ad ampliationes cultus christi
 statuit et ordinauit. **T**ertio voluit bea-
 tus siluester pascere populum temporalibus
 subsidio. **S**cribit namque in sua legen-
 da: quod omnium orphanorum viduarum: et pau-
 perum nomina in scriptis habebat et quibus
 necessaria providebat. **F**ecit etiam
 multa signa viuentium. **Q**ui mundum spiritibus

De circuncisione dñi. Sermo. XXVIII

rāt cū omnibus suis concupiscentijs. Unde et in fine obdormiuit in domo. Cuius exēplo animent sacerdotes: vt sicut illi conformes sunt in dignitate. Ita eū studeāt sequi in vite sanctitate. Nā tāto magis obligat deo ad rōnē reddēda: quāto ab ipā plura dona suscipiūt. Qui ideo plura eis protulit bñficiā: vt ei seruiētes magis exaltent in regno celoz in quo viuit et regnat. Amē. In circūcisōe dñi d ead. Ser. xxvij. Q Jesus est circūcisus. Fruct. xxvij.



Quotidians con-

summati sunt dies octo vt circūcidere puer. Scribunt hec verba Luc. ij. c. et in euāgelio hodierno. Ardēs amor iesu xpi ipsius mentē pulsare cepit in etate tenella et infantili: vt humano generi passionis sue beneficia inciperet dispētare. Octava nāqz diē sanguinē suū fudit in circūcisōe apparensv elut peccator: circūcisōis legi subiectus: cū tamē mūdus fuerit ab omni foede. Et qz piū est cōtemplari qualiter puerulus ille lachrymans circūcidēbatur: circo in presenti sermone de ipsiās circūcisōe dicturi sumus proponētes fructū: Iesus est circūcisus. Ad cui⁹ explanatiōē tres cōclusiones notabimus.

Prima dicitur institutionis.

Secūda dicitur obseruationis.

Tertia dicitur cessationis.

Quod sacramentū circūcisōis conuenienter fuit institutum. Caplm. f.



Prima cōclusio dicitur institutio nis. In qua dicim⁹ circūcisōis sacramentum cōuenienter fuisse institutum: qz deus illd instituit. sicut prō Beñ. xxij. vbi sic habet. Circūcidetur ex vobis omne masculinū: et circūcidetis carnē p̄pucij vestri: vt sit in signum federis inter me et vos. Infans octo diēriū circūcidetur in vobis. Du-

ius aut institutiōis p̄ueniētia triplex assignat a Rich. in. iij. di. f. ar. vj. q. f.

Prima est ratione morbi.

Secūda est ratione tempous.

Tertia est ratione persone.

Prima cōueniētia est ratione morbi. cōtra quē circūcisō fuit instituta: q̄ erat peccatū originale. Quod expresse representabat circūcisō: et quātum ad causam et quātum ad processū: et quātum ad effectū. Contrahitur enī pctm originale per ppagationē libidinosa quā causam circūcisō representabat rōne membri in quo fiebat: quod deservit virtuti generatiue. Processus autē fuit circularis: qz vt dicit Anselm⁹. primo psona corrumpit naturā: deinde natura psonā: quē pcellum representabat circūcisō p circularē pellicule incisionē. Effect⁹ vō est supabundātia deupiscētie: quē representabat supfluitas pellis que ab ipso mēbro separabatur. Id non tñ cā et pcellus et effect⁹ originalis pcti: sed etiā deletio p circūcisōnē significabat. Secūda cōueniētia fuit rōne t̄pis in quo instituta fuit circūcisō. Erat enī qdā dispositiō ad suscipiēdū legē: et ad distinguēdū populū cui dāda erat lex ab alijs pplis. Et id anteq̄ lex daref debuit institui. Fuit etiā instituta circūcisō ad significādū pplm qui esset deo peculiaris: et suo cultui mācipādus. Tertia conueniētia dicit rōne psonē: cui data fuit qui fuit abraā: de quo dicit Beñ. xxij. Tulit autē Abraā hismael filiū suū: et oēs vernaculos dom⁹ sue: vniuersosqz q̄s emerat: cunctos mares ex oibus vris domus sue: et circūcidit carnē p̄pucij sui. Et hismael filius eius. xij. ānos impleuerat tēpore circūcisōis sue. Eadem diē circūcisus est Abraam et hismael fili⁹ eius: et omnes viri domus illius: tam vernaculi q̄ empticij: et alienigenę: ne pariter circūcisū sunt. Ipse equidem abraam post diluuiū specialius se diuino cultui mācipauit. Unde exiuit de terra sua: et de cognatione sua: vt se